

stimatur, abusum mereri amissionem juris sui arg. l. 3. C. loc. l. 3. C. d. manc. & colon. Ideoque multis casibus receptum est, ut propter sævitiam homines inhumani ju-  
 31 ribus competentibus orbentur : quibus antea dictis casibus adhuc addi potest, quod, si propter religionem disce-  
 dant, in Imperio nostro prætextu agricolationis, aut alte-  
 rius servitutis, detineri non debeant. Inst. Pac. Osnabr.  
 art. 1. §. 37.

32 Ministros quoque Ecclesiæ non posse mutare domi-  
 cilium, nisi cum consensu Ecclesiæ, supra dictum est,  
 hinc sequitur quod si nihilominus, hoc non attento, mu-  
 33 tationem instituant, ea illicita sit. Utrumne vero tem-  
 pore pestis, aut alterius alicujus periculi Ecclesiam de-  
 ferere possint, de eo Vid. Carpz. Jurispr. Conf. l. 1. df. 72.  
 id negantem, quia vix sine scandalo & jactura muneris  
 Ecclesiastici fieri posset. Add. Brunnem. d. Jur. Eccles. l. 1.  
 c. 6. membr. 10. §. 12. & ibi Dn. Stryk, in addit. Dn. Muller.  
 de fuga. c. 3. §. 52. & 56.

## CAP. V.

*De*

## Effectu mutationis domicilii, & actio- nibus ratione eiusdem competentibus.

### SUMMARIA.

<b>M</b> utatio domicilio effectus domi- ciliis cessant.	n. 1. sqq.	Quo casu tenetur ad collectas jam impositas.	n. 6. sq.
<b>L</b> imitatur: nisi quis iura Civitatis fibi reservaverit.	n. 3. sq.	Per mutationem domicilii non tol- latur instantia jam capta.	n. 8.
<b>I</b> tem nisi quis fraudulenter domi- cillum mutaverit.	n. 5.	Quid si actio nata, sed lis nondum capta?	n. 9. sqq.
		Homines propriis per mutationem domicilii	